Verſ. *Primò hinc tollitur.*

61 Licet ſuper nobilitate ſua litiganti, petitorium à fiſco, vel populo propoſitum ſuſpendere, & ad poſſeſſorium convolare; Parlador. *different.* 145. §... *num.*2. Otalor. *de nobilit. part.*3.*partis tertiæ princip.cap.*7.5.Guttier.*practicar. lib.*3.*cap.*14.*num.*104.109.Menchac.*lib.*2.*illuſtr.cap.*87.*n.*20. qui duo ultimi loquuntur, quando in continenti offertur probatio ad effectum gaudendi, dum lis agitatur, Nobilium exemptionibus.

Ibi: *In quo eſt animadvertendum.*

Idem notat Guttier.*d.lib.*3.*cap.*14.*num.*27.*& cap.*19.*n.*20.Parlador.*different.* 145.*in princip.n.* 9. 10. ubi docet in judicio poſſeſſorio nobilitatis ſufficere, ut probetur quaſi poſſeſſio vicennalis litigantis, ejuſdemque patris, & avi; in petitorio autem, etiam requiri immemorialis probationem: quam differentiam notarunt etiam Otalor.*ſupr.c.* 7. *n.*4.Garc.*gloſ.*12. Menchac.*d.c.*87.*num.*8.

Ibi: *Ex quibus etiam conſtat, probationem hujus nobilitatis*

62 in cauſis nobilitatis, qui ſe nobilem eſſe intendit declarat, ſive actor, ſive reus ſit, illud probare debet, aliàs ſuccumbet; Padill. *in l. in ædibus,n.*5.*C.de ſervitut.& aqua*, Garcia *gloſ.*8.*n.*8. Guttier. *ubi proximè* qui per totam capit diſputat, an idem juris ſit, licèt qui litigat, habeat ſententiam pro ſe ſuper poſſeſſione? & *n.* 30 reſolvit, adhùc plebejum eſſe pronunciandum; de quo Otalora *p.*2. *partis tert princ. c.*5.*num.*15 ubi hoc Iudicis relinquit arbitrio.

Ibi: *Etiam probatur jure, quo conſtitutum eſſe, apparet.*

63 Nobilis nemo præſumitur, ſed quilibet in dubio plebejus judicatur: quare hanc qualitatem nobilitatis alleganti onus probationis incumbit; Pacian.*de probat. lib.*2.*c.*26.*n.*6. *verſ.Cum autem*, cum *n.ſeqq.* Menoch.*de præſump. lib.* 6.*præſ.* 60.*per totam*, Guttier. *d.c.* 14.*n.*3. Ioan. Garc. *gloſſ.*12. *n.*15. Bæça *de inop.debit.c.*14.*n.*100.Otalor.*d.part.*3.*c.*8.*n.*11.Caſanc.*conſ.* 64.*n.*9.Bald.*in l. in actionibus §.ſi la e,col.* 1.*ff. de in*
64 *lit.jurand* Padilla *ſupr.d n.*5.*cum ſqq.* Tamen omnis præſumitur ex radice non infecta natus, *l.*3. *C.de infantib.expoſit.* Guttier.*ſupr.* At hæc præſumptio non ſufficit, ut expoſiti, aut alii, quorum parentes ignorantur, poſſint admitti, ubi ſtatuta requirunt ſanguinis puritatem, Lar. *de anniverſar. lib.*2.*c.*4 *n.*37.Girond.*de privileg. explicat. n.* 1443. Barboſ. *in collect.ad rubric.de infam.ex poſit.in fine.*

Ibi: *Quibus in locis uterque tractat.*

65 Nobilitatem per exiſtimationem communem probari, docent, *l.providendum* 7.*C.de poſtul.*Pacian *ſuprà,lib.*1.*c.*49. *n.*45.*& lib.*2.*c.*26.*à n* 59 Roland. *conſ.*67.*n.*28.*vol.*3. Menoch.*conſ.*829.*n.*14.15 Maſcard.*de probat.concl.* 90.*num.*8. Bon. de Curtii *in tract.de nobilit.p.* 6.*n.* 3. Guttier. pluribus adductis, *ſup n.*6.Dueñ.*reg.*299.*limit.*3. Ioan. Garcia *gloſ.* 7.*n.* 11. 12. Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib* 1. *tit.* 10 *n.*36. Chaſſane. *in catalog. glor. mund. p.* 8. *conſider.* 16. *verſ.Et ideò* Hyppolyt *in l.de minore, §.plurium,n.*18 *ff.de quæſtion.* nam communis hominum exiſtimatio nobilitatem tribuit, Guttier *d.n.*6.Pacian.*n.* 64.*cum ſequentib.* Parlador. *d. different.*145.§.2.*n.*3. qui cum aliis reſolvit, quod ubi non ſunt actus diſtinctivi, requiritur ad probationem nobilitatem per exiſtimationem communem fama, quod litigans à no-
66 bili domo originem ducit. Et talem opinionem nobilitatis probari neceſſe eſt à tempore immemoriali, Ripa *lib.* 2. *reſponſ.c.*26.*n.*10.Ioan Andr. *in c. Abbates, de privileg. in* 6. Guttier *ſupra,n.*9.Roman *ſing.*289.Otalor.*d.part.*3. *cap.* 7. Nobilitas etenim tanto tempore acquiritur præſcriptione, Pacian *dict.c.*26.*n.*39.40.Tiraquel. *de nobilit. cap.* 14. At in locis, in quibus ſunt actus diſtinctivi inter nobiles, & plebejos, probatio per exiſtimationem communem, etiam immemorialem, non admittitur: ſed opus eſt, probare nobilitatem per uſum eorum actuum, Guttier.*n.*14.15.*verſ. Reſolvimus*, Pacian.*d.c.*26.*n.*63.*verſ. Ex quo infertur*, Garc. *gloſ.*7.*n.* 22. *& gloſ.* 10. *à princ.* qui duò ſunt intelligendi juxta diſtinctionem *Guttier*, etſi abſolutè loquantur. Atque 67
per præfatos actus diſtinctivos nobilitas probatur per viginti annorum poſſeſſionem, modò pater, & avus litigantis, in eadem fuerint poſſeſſione, juxta formam *l.*8.*tit.*11. *lib.*2.*Recopil.* Guttier.*n.*29.Garcia *gloſ.*11.*n.*1.*cum ſeqq.* quod eſt intelligendum ſecundum ea quæ dicta ſunt ſuprà, *n.*51. *verſ.Idem notat.*

Ad Num. 11.

68 Pendente lite ſuper nobilitate, etſi in ejus poſſeſſione ſit litigans, compellitur cum plebeiis tributa pendere, *d.l.* 9.*tit.*11. *lib.* 2. *Recopilat.* Parlador.*ſupra*, §. 1.*n.*3. Menoch. *conſ.*1002.*n.*23.Otalor.*part.*2.*part.tert.c.*5.Guttier.*d.c.* 14.*n.* 102.Bald.*conſ.* 198.*n.*3.*lib.*1.Boſſ. *in praxi crimin. titul. de Princip.& privileg. ejus,n.* 146. Menchac. *d.lib.* 2.*c.*87.*n.*18. 19.Rebuf.*ad leges Galliæ, tom.*3. *tract. de materia poſſeſſoria art.*2.*gloſ.*2.*n.*26.27.Didac.Per *in l.*6.*gloſ. no embargante, titul.*1.*lib.*4.*Ordinam.*Avendan.*de exequend.mandat.lib.*1.*c.*14. *n.*23.Garcia *ſup.gloſ.*10.Flor.de Mena *variar. lib.* 1.*c.* 21.*n.* 146.Ceval.*tom.*1.*q.*830.*n.*64.Sed cum d.lex Regia excipiat, qui ſunt in poſſeſſione nobilitatis notoriæ, in qua etiam fuerant eorum pater, & avus; dubitatur, utrum poſſit obtineri, ut petitorio ſuſpenſo, cognoſcatur de tali poſſeſſio- 69
ne, ne interim dum lis vertitur, tributa ſolvant litigantes; de qua quæſtione Avendañ.*in cap. Corrector.part.*2.*c.*14. *n.* 24.Menchac.*d.c.*87.*n.*18.Guttier.*ubi proximè, à n.*104. ubi latè diſputat; & tandem *n.*109. diſtinguit, ut ſi valdè notoria ſit nobilitas litigantis, admittatur probatio in continenti ad prædictum effectum, aliàs ſecus. Sed Otalora *d. part.*2.*c.*4.*n.*5.*in fine*, & in *part.*3.*tertiæ part. princip. capit.*2. *num.*12.aſſeverat, in praxi, litigantem omninò teneri ad ſolutionem tributorum abſque diſtinctione.

Ibi: *In quo ſolet dubitari an eadem pragmatica.* 70
Quæſtio iſta perambigua eſt, ut teſtatur Guttier. *practicar.lib* 1.*cap.*15.*per totum*, & Otalor *dict.p.*3.*cap.*3.*numer.*5. *cum ſeqq.* quorum primus cum Cevall. *quæſt.*830.*numer.*64. affirmat, litigantem interim eligi poſſe ad officia Nobilium, nec ante ſententiam poſſeſſione, in qua, eſt privandum. Vltimus in contrariam opinionem inclinat cum D. Covarruvias *hic*, & Did.Per.*in dict.gloſ.no embargante, verſic.Verum autem, column.* 1380.ipſamque tuetur. Pro quarum opinionum conciliatione dici forſan poſſet, priorem procedere, ubi valdè notoria eſſet litigantis nobilitas? poſteriorem verò, ſi aliquomodò poſſit dubitari. Pro qua diſtinctione facit doctrina Guttier.*ſup. lib.* 4. *quæſtio* 15 *numer.* 10. docentis, debitorem dum de ſua nobilitate cognoſcitur in vinculis eſſe debere, aut ſub fidejuſſore laxandum, niſi notoria nobilitate fulgeat, tunc enim interim, ſine fidejuſſione eſt dimittendus. Item facit illud, quod ex aliis tradit Barboſ. *in capit. omnipotens* 4. *numer.* 3. *de accuſat.* ſcilicet deciſionem illius textus, dum in eo cavetur, ne quis de crimine accuſatus, vel denunciatus, judicio pendente, ad dignitatem Eccleſiaſticam eligatur; non obtinere, ſi fama accuſati non ſit læſa apud graves, & honeſtos viros, atque ita ſi innocentia notoria fuerit accuſati, poterit ad dignitatem eligi, ex quo benè infertur, quod ſi litigans ſit notoriè nobilis, non obſtante lite, poterit ad officium publicum nobilium admitti. Sed aliud hodiè praxis obſervat, nam in oppidis, in quibus Nobiles à plebeis, tam per contributiones, quam per officia diſtinguuntur, qui ſuper ſua nobilitate litigat, habilis eſt, ut interim officium Nobilium exerceat; ubi verò eæ diſtributiones diſtinctivæ non ſunt, ſed ſolùm per officia Nobiles ab ignobilibus diſcernuntur, dum quis litigat de nobilitate, eligi ad ea non poteſt. Ita à me conſultus, quidam peritiſſimus, ſatiſque expertus nobilitatis cauſarum judex in Pintiana Cancellaria reſpondit.

Ad num. 12.

71 Agens, ut Nobilis pronuncietur, poteſt omiſſo petitorio à ſe deducto ad poſſeſſorium tranſire; modò in cauſa non ſit concluſum; Parlador *dict. different.* 145. §.*num.*1. Otalora *d. part.*3. *cap.* 3. *num.* 11 Ioann. Garcia *gloſſ.* 11. Idemque eſt, ſi à fiſco petitorium proponatur, ut dictum eſt ſupra, *num.* 61.

Ad Num. 13.

72 De iis, quæ *hoc numero* D. Covarruvias explicat, & de intellectu *Clement. unic.* §. *fin. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* multa, ac variar Interpetes ſcripſere, ut videre eſt apud Menoc. *de recuperand. remed.* 15. *num.* 381 *cum ſeq.* Ioan. Garcia *gloſ.* 1. §. 2.*num.* 21. Riccium *in collectan. deciſion. p.* 2. *collecta.* 254. *per totam*, Valaſc.*conſ.* 91. *à num.* 20. Petr.Barboſ. *in l. ſi de vi,num.* 453. *cum ſeq.ff. de judic.* Bellacomb. *commun.opinion. tom.* 2. *lib.* 7. *titul.*1. *num.* 297. *p.*2. *&* 7. Mareſcot. *variar.lib.*1.*c.*36.*per totum*: ubi *num.*6. quod poteſt, pluries ſuſpendi petitorium, & ad illud revertit; Abbas *in cap. paſtoralis num.* 34. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Capyci. *deciſ.* 28. Anton. Gabriel. *commun. titul. de reſtitut. ſpoliat. conc.* 1. *num.* 105.

Verſ. *Ego verò ex hac diſputatione.*

73 Contra hanc ſententiam *D. Covarruvias* tenent Parlador. & alii, quos laudavimus nuper *num.*61. ac Mareſcot. *ſuprà*, ubi ſine diſtinctione probat, reum poſſe intentando poſſeſſorium ſuſpendere petitorium ab adverſario propoſitum, ante concluſum in cauſa, etiamſi conſenſerit, ut in petitorio procedatur. Sed diſtinctionem *D. Covarruv.* probat Menoch. *ſup. num.*381.

Verſ. *Vtcumque tamen.*

Sequitur Mareſcot. *num.* 6. Capyc. *deciſ.* 30. Caputaqu. *deciſ.* 323 *part.*3. Rota *deciſ.* 8. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet. in novis*, Verall. *deciſ.* 323. *lib.* 2.

AD CAPUT XVII.

De Decimis.

SUMMAAIUM.

1 *De Decimis agentes recenſentur.*
2 *Veteris legis præceptorum diviſio.*
3 *Qui de illis tractarunt.*
4 *Quot fuerint.*
5 *Quando ſunt data.*
6 *Non omnia ſimul fuerunt tradita.*
7 *Quomodò fuerunt data.*
8 *Præcepta judicialia, & cæremonialia cum Lege abolevêrunt, non ſic Moralia.*
9 *An præcepta moralia obligent hodiè ex vi* Legis *veteris?*
10 *Præcepta judicialia an duraverint aliquandiu poſt Legem abrogatam?*
11 *Poteſt lege humana introduci obſervatio præceptorum judicialium.*
12 *Poteſt Eccleſia diverſo fine, ac ſcandalo ceſſante, uti rebus, quas Iudæi in ſuis cæremoniis adhibebant.*
13 *Præcepta Legis veteris ceſſarunt poſt ſufficientem Evangelicæ promulgationem.*
14 *Lex Moſaica quando mortua, & mortifera fuit.*
15 *Quo tempore lex Evangelica fuit ſufficienter promulgata, quoad univerſum Orbem.*
16 *De primo Hebræorum menſe.*
17 *Vtrum Chriſtus legitimo tempore Paſcha celebraverit eo anno, quo paſſus eſt.*
18 *Reſurrectio Domini quo die neceſſariò celebranda.*
19 *Et quo tempore debeat celebrari.*
20 *Intelligitur* cap. ſiquis Epiſcopus 8. in Canonib. Apoſtolor.
21 *Fontes Baptiſmales in Hiſpania divinitùs aqua replebantur, cum Reſurrectio Domini erat celebranda.*
22 *Nullo modo, etiam ob finem bonum, licet uti Circunciſione.*
23 *Præceptum ſolvendi Decimas num fuerit judiciale, vel cæremoniale?*
24 *Decimæ Deo ſunt debitæ, illiuſque portio dicuntur, & traditur earum definitio.*
25 *In lege Moſaica fuit triplex Decimarum differentia.*
26 *Dum lex non fuit mortifera, Iudæi erant aſtricti ad Decimas ſolvendas.*
27 *Decimæ quo jure debentur.*
28 *Quotuplex ſit Decima.*
29 *Vbi ſolvendæ ſunt.*
30 *Vtrum ex turpiter quæſitis Decimæ debeantur?*
31 *Iudæi non ſolvebant Decimas perſonales.*
32 *Eccleſia an juſtè impoſuerit fidelibus onus ſolvendi decimam ex fructibus, & lucris?*
33 *In lege Evangelica nullum eſt præceptum, quod juris naturalis non ſit, niſi de fide, de* Sacramento, *& de ſacrificio.*
34 *Clerici non debent Pontifici Decimam ex decimis.*
35 *Pontifex ſi aliunde non haberet ad ſui, ſuæque dignitatis ſuſtentationem, poſſet ex redditibus Eccleſiaſticis neceſſaria exigere.*
36 *Decimæ non ſunt eleemoſynæ.*
37 *Agentes de oblationibus referuntur.*
38 *Parochiani tenentur ad oblationes, ſi aliunde Congrua Parocho non exhibeatur.*
39 *A quibus oblationes recipere non licèt.*
40 *Ex actis merè voluntariis non inducitur obligatio.*
41 *Quod fallit in oblationibus favore Eccleſiæ.*
42 *Decennio ſi offerantur oblationes, inducitur obligatio.*
43 *Miniſterium ſpirituale negari non poteſt, etſi Parochiani à ſolitis oblationibus ceſſent.*
44 *Vtrum oblationes ſint neceſſariò exhibendæ, quando beneficiarius Congruam non percipit ex beneficio, licet habeat aliundè, undè ſe alere poſſit?*
45 *Vicario ex fructibus beneficii Congrua ut aſſignetur, oportet.*
46 *Decimas non ſolventes excommunicari poſſunt, duòque peccata ſecundum aliquos admittunt.*
47 *Peccati reus ſit, qui Decimas non ſolvit à tempore moræ; & quando mora committatur.*
48 *Decimæ quibus temporibus ſunt ſolvendæ.*
49 *An poſſint negari Sacramenta non ſolventibus Decimas, quas debent.*
50 *Laici ſunt incapaces juris percipiendi Decimas.*
51 *Epiſcopi quid olim potuerint, & hodiè poſſint circa Decimarum conceſſionem? remiſſivè.*
52 *Laici poſſunt nomine Eccleſiaſticorum Decimas exigere.*
53 *Decimæ locari poſſunt ultra triennium.*
54 *Laici conductores Decimarum pro penſione coram Eccleſiaſtico conveniuntur.*
55 *Oblationes nequeunt ad laicos proprio nomine pertinere.*
56 *Res oblatæ non conſecratæ poſſunt in laicorum uſus alienari.*
57 *Decimæ laicis perpetuò conceſſæ per Prælatos inferiores Pontifice ante Concilium Lateranenſe juſtè retinentur, ſecus ſi poſtea.*
58 *A quo tempore emanavit prohibitio in feudandi laicis Decimas in perpetuum.*
59 *Quando celebratum fuit præfatum Lateranenſe Concilium.*
60 *Intellectus ad* cap. prohibemus de Decim.
61 *Laicus poteſt Decimas juſte retentas aliis Eccleſiæ concedere de Epiſcopi conſenſu.*
62 *An in laicos alienare, jure ſit permiſſum.*
63 *Decimæ perpetuò in laicos tranſlatæ inter bona profana computantur.*
64 *Laicus ſola Pontificis authoritate fieri capax poteſt juris percipiendi Decimas.*
65 *Vbi conceduntur laicis Decimæ, nihil ſpirituale eis tribuitur, ſed titulus temporalis ad utilitatem percipiendam.*

66 Utrum Epiſcopus poſſit Decimas, quæ vacaverint hodiè, in feudum perpetuò concedere, cum ita eſſent datæ ante Concilium Lateranenſe.
67 Explicatur cap. 2. de feud.
68 Laicus an ultra immemorialem poſſeſſionem, ſaltem ex fama debeat probare conceſſionem decimarum ante Concilium Lateranenſe?
69 Utrum ex ſola immemoriali, poſſeſſione laicus Decimas tuta conſcientia retineat?
70 Laicus ſpoliatus jure Decimarum eſt ante omnia reſtituendus, niſi ſpolietur ab Eccleſia, ad quam Decimæ de jure pertinent.
71 Exponitur cap. licet Epiſcopus, de præbend in 6.
72 Multa fieri probantur, quæ facta tenent.
73 Laici nullo tempore, etiam immemoriali jus percipiendi Decimas poſſunt quærere.
74 Tantùm poteſt immemorialis poſſeſſio, quantùm Principis privilegium.
75 Laicus contra laicum jus Decimarum tempore quærit.
76 Pontifex nequit aliquid ex Decimis concedere ita, ut Congrua Miniſtris ſpiritualium deficiat.
77 Una Parochia contra alteram jus Decimarum poteſt præſcribere.
78 Eccleſiaſtici ſine Parochia jus Decimarum valent præſcribere.
79 Immemorialis poſſeſſio, privilegii vim obtinet.
80 Explicatur cap. accedentes, de præſcriptionib.
81 In præſcriptione 30. vel 40. annorum titulis non requiritur, ſi juris præſumptio obſtet poſſeſſori.
82 Quod Princeps poſſit circa jus Divinum, vel naturale, remiſſivè.
83 De Decimis per perſonas Eccleſiaſticas ſolvendis.
84 Pontifex ad quas Decimas de jure tenetur.
85 Ad quas Epiſcopus.
86 Ad quas Parochus.
87 Paſtorem non habens, à quo percipiat Sacramenta, à perſonalibus Decimis eſt immunis.
88 Ex redditibus Eccleſiaſticis Decimæ non debentur.
89 Decimæ ſunt onus reale, quod rem ſequitur quocunque vadat.
90 Eccleſiaſtici aliqui quas Decimas ſolvere debent.
91 Conſuetudo Eccleſiaſticos à ſolvere Decimarum liberat.
92 Ex prædiis unius Eccleſiæ poſitis intra alterius terminos Decimæ debentur.
93 Una Parochia contra aliam jus Decimarum quadraginta annorum ſpatio præſcribit.
94 In cauſis Decimarum in primis conſuetudo eſt attendenda.
95 Ubi dubium eſt, cui ex duabus Eccleſiis decimæ debeantur, quæ eas decennio perceperit contra alteram præſcribit.
96 Conſuetudo, quæ non eſt contra jus, decennio inducitur.
97 Exemptio à ſolutione decimarum conſuetudine acquiritur.
98 Decimæ prædiales poſſunt conſuetudine ad minorem quantitatem reduci.
99 Valet conſuetudo, ut ex aliquibus fructibus Decimæ omnino non debeantur.
100 Decimæ etiam non petitæ debentur.
101 Decimarum debitores non tenentur de jure, ipſas in horrea Clericorum deferre.
102 Debitor quando portare debitum ad Domum creditoris compellatur.
103 Fructus recondere non licet, non præmonitis Clericis, quibus ex illis Decimæ debentur.
104 Ex Decimis perſonalibus expenſæ deducuntur.
105 Ex realibus, vel mixtis, non utique.
106 Quæ expenſæ debent deduci ex Decimis perſonalibus.
107 Quando facienda eſt computatio lucrorum ad ſolutionem perſonalium Decimarum.
108 Ad inductionem conſuetudinis contra Eccleſiam quoad Decimas quadraginta anni requiruntur.
109 Conſuetudo, ut legitimè præſcribatur, nec titulum, nec bonam fidem exigit.
110 Differentia inter conſuetudinem, & præſcriptionem.
111 Conſuetudine poteſt introduci, ut nulla Decima ſolvantur, ſi aliter ſpiritualia miniſtrantibus ſuſtentatio congrua præſtetur.
112 Pontifex erraret tollendo præceptum Decimarum, Congrua miniſtrantibus ſpiritualia etiam relicta.
113 Conſuetudo permiſſa non ſolvendi Decimas non eſt irrationabilis judicanda.
114 Pontifex, non refragante quacunque conſuetudine, poteſt onus fidelibus imponere ad Divinum cultum, & miniſtrantium ſpiritualia ſubſtentationem.
115 Poſſet Pontifex tollere penitus præceptum decimandi providens alio modo ſufficienter omnibus, quibus hodiè Decimæ applicantur.
116 Utrum exemptio à Decimis ſolvendis præſcriptione poſſit acquiri?
117 Intellectus l. ſi ſic, ff. quemadmod. ſervit. amit. remiſſivè.
118 Servitutes diſcontinuæ quanto tempore præſcribantur.
119 Uſufructus 10. vel 20. annis præſcribitur.
120 Ius paſcendi pecora in alieno agro quāto tēpore acquiratur.
121 Quomodo diſcernendum eſt, jus paſcendi an ſit ſervitus realis, vel perſonalis?
122 Allegato titulo, & probata poſſeſſione decennali, ſervitus juris paſcendi conſequitur.
123 Sed & patientiam domini fundi ſervientis probari neceſſe eſt.
124 Ius paſcendi in paſcuis publicis non niſi quadraginta annorum lapſu acquiritur.
125 Ex detentatione rei titulo conditionis nullum jus conductori quæritur jure Regio.
126 Paſcua conducta auferri nequeunt à fratre de la Meſta in Hiſpania, etſi alius plus offerat.
127 Servitus diſcontinua decem annis cum titulo præſcribitur.
128 An ad præſcriptionem ſervitutum titulus neceſſarius ſit?
129 Intellectus ad locum difficilem D. Thom. qui num. ſequenti refertur.
130 Non peccant facientes contra legem, quod uſu receptum eſt, etiam ante conſuetudinem legitimè præſcript.
131 Præſcriptio juris percipiendi Decimas in aliena Parochia non extenditur ad Novalia.
132 Fallit, ſi ex fructibus terræ, antequam præcideretur, Decimæ ſolvebantur.
133 Parum pro nihilo reputatur.
134 Intellectus ad cap. ex parte 27. de decim. remiſſivè.
135 Quid ſit Novale.
136 Privilegium de Decimis percipiendis in aliena Parochia non complectitur Novalia.
137 Privilegium inferens præjudicium Tertio debet strictè interpretari.
138 Privilegium, per quod res reducitur ad jus commune, etiam cum detrimento Tertii, eſt latè interpretandum.
139 Conciliatur dict. capit. ex parte, cum tua 25. §. fin. de decim.
140 Princeps nunquam præſumitur juri alicujus derogare.
141 Idem eſt, & in minimo præjudicio.
142 Procedit etiam in gratia motu proprio, vel ex plenitudine poteſtatis conceſſa.
143 Utrum privilegium Summi Pontificis de Decimis non ſolvendis, comprehendat poſſeſſiones poſt illud privilegiato acquiſitas?
144 Ut tale privilegium futuras poſſeſſiones contineat, habere debet ſpecificam derogationem, cap. nuper 34. de decim.
145 Cauſæ decimales in foro Eccleſiaſtico ſunt tractandæ.
146 Laici de ſpiritualibus judicare non valent.
147 Neque incidenter.
148 Iudex laicus in quæſtionibus facti cognoſcit ſuper Decimis.
149 Item ſi litigetur ſuper poſſeſſione.
150 Item ſi lis vertatur ſuper Decimas ad laicos pertinentes.
151 Super Decimis conceſſis Regibus Hiſpaniarum cognoſcitur etiam inter Eccleſiaſticos privativè in Supremis Tribunalibus.

De

1 De materia hujus capitis videndi ſunt, Pat. Suarez
tom. 1. de Religion. tract. 2. lib. 1. ferè per totum Bona-
cin. oper. moral. tom. 1. tract. de legib. diſp. ult. Ioſeph. Scali-
ger. Ioan. Petr. Moneta, Henric. Canti. Petr. Rebuf. Andr.
Hiſpan. qui ſpeciales tractatus de Decimis ediderunt, Gut-
tier. Canonic. quæſtion. libr. 2. cap. 21 & practicar. libr. 1. cap. 14.
cum ſeqq. Valentia 2. 2. tom. 3. diſp. 6. q. 5. Cevall comm. contr.
commun. tom. 2. quæſt. 822. à n. 67. & tom. 3. quæſt. 55. Caſtill.
tom. 7. de Tertiis, Mateſcot. variar lib. 2. cap. 54 & cap. 95. à n.
12. Auguſt. Barboſ. de jur. Eccleſ. univer. libr. 3. c. 26. Petr.
Franc. Tondut. Canonicar. quæſtion. part. 1. cap. 67. Card. Zaba-
rell. conſ. 16. Tuſch. practicar. concluſ. lit. D. concl. 62 cum plu-
rib. ſeqq. & alii quos plenè cumulavit Barboſ. in collectan. ad
titul. de decim. in rubric. n. 2.

Ad num. 1.

2 Hujus diviſionis præceptorum legis Moſaicæ in mora-
lia, judicialia, ſive legalia, & cæremonialia, quam omnes
communiter admittunt, meminere Pat. Suar. de legib. lib. 9.
capit. 3. num. 11. Sayr. in clauſ. Regia. libr. 4. cap. 1. num. 6. Gut-
tier. ſupra cap. 21. num. 12. Parlador. differen. 5. num. 1.
Barboſ. in collectan. ad cap. ultim. num. 1. diſt. 6. Becan. tom. 2.
tract. de legib. cap. 4. quæſt. 4. numer. 1. Tiraquel. de retract. lig-
3 nag. in præfa. numer. 8. De quibus præceptis agit Becan. ſup. q.
4 5. 6. 7 & Valent. 1. 2. tom. 2. diſp. 7. q. 7. punct. 4. 5. 6. Omnia
fuerunt ſexcenta, & tredecim Guilelm. Pariſ. lib. de fide, &
lege, Abulenſ. Deuteronom. cap. 17. quæſt. 1. Burgenſ. in Scru in.
5 part. 1. diſp. 8. cap. 9. Suar. dict. libr. 4. cap. 4. num. 26. in fine. Da-
ti ſunt populo, anno 2513. ab Orbe condito, poſt quin-
quageſimum diem ad exitu de Ægypt. D. Aug. de Civit. Dei
libr. 18. cap. 11. & 4. contra Fauſtum, cap. 2. D. Thom. 1. 2.
quæſt. 98. art. 6. Pereir. in cap. 12. Exod. diſp. 19. Suar. capit. 5.
num. 13. Ubi addit, non omnia præcepta ſimul fuiſſe tradi-
ta; ſed aliqua poſtea acceſſiſſe; quod probat ex cap. 17. Nu-
6 mer. 7. Deus dedit legem totam non per ſe immediatè lo-
quens, ſed miniſterio Angelorum, qui voces formarunt, &
7 illius nomine Moyſem alloquebantur ſecundum veriorem,
ac receptiorem ſententiam, D. Thom. ſupra, art. 3. Suar. c. 2.
à num. 4. Pat. Vazquez dict. quæſt. 98. art. 3. fol. 544. Arriaga
1. 2. tom. 1. tract. de legib. diſp. 9. num. 6. verſ. Secunda concluſio,
Becan. dict. capit. 4. quæſt. 2. num. 3.

Ibi: Horum autem præceptorum judicialia, & cæremonialia.

8 Præcepta judicialia, & cæremonialia cùm ſolùm obliga-
rent ex vi legis Moſaicæ, ea per Evangelicam abrogata ex-
pirarunt: Moralia autem, quia juris naturalis ſunt, perman-
ſerunt, ſemperque obligant: Ita docent Valent. ſup. punct.
7. verſ. Quo poſito, ſeqq. Tho. Delbene de Immun. Eccleſ.
tom. 1. c. 1. dub. dit. 2. ſect. 11. n. 41. Parlador ubi ſupr. Becan. dict.
cap. 4. ſect. 8. n. 2. cum ſeqq. Guttier. d. cap. 21. num. 13. Did Pe-
rez in l. 1. col. 195. verſ. Videtur tamen, tit. 5. lib. 1. Ordinam.
Suar. c. 11. per totum, Barboſ. ſupra, n. 2. Arriag. diſ. 10. ſect. 3.
Caſtill. ſupp. 10. cap. n. 9.
9 Sed non eſt levis controverſia, utrum præcepta mora-
lia obligent hodiè ex vi Legis veteris, quaſi quoad illa
non expiraſſet? & receptius eſt contra Bellarminum, Vaz-
quez, & alios nullam vim ex Lege antiqua retinere: ſed le-
ge naturali, & Evangelica ea eſſe ſervanda, Suar. dict. cap.
11. à num. 7. Arriag. d. ſect. 3. à num. 29. Victoria in relect. de
matrim part. 2. num. 3. in fine. Tolet. Roman. 3. annotat. 15. Sal-
meron. ad Roman. 7. diſput. 6. Borrad. tom. 1 lib. 1. c. 21. Va-
len. dict. punct. 7. verſ. Animadverti autem, Sot. de juſt. &
jur. lib. 2. quæſt. 5. artic. 4. Medina. 1. 2. quæſt. 103. art. 3.
10 Eſt notandum cum D. Thoma, & Suar. cap. 19. in fine,
quod, etſi præcepta cæremonialia non ligaverint Iudæos,
ex quo lex Evangelica fuit promulgata, judicialia nihilo-
minus obligarunt poſtea, quatenus erant neceſſaria ad
juſtitiam; & pacem in illa Republica conſervandam, quan-
diu in eodem permanſit ſtatu. Quod poteſt intelligi non
in vim legis Moſaicæ, quæ perierat, ſed in quantùm ra-
tioni naturali nitebantur, & diuturno populi illius uſu
fuerant approbata, argum. l. de quibus 23. ff. de legib. §. ex
non ſcripto, Inſt. de jur. nat. gent. & civ. nam cum Eex de-
ficeret, ad id, quod in uſu erat, oportuit recurrere; dict.
l. de quibus, in princip.

Verſ. Hinc non immeritò dubitari ſolet.

Eſt commune omnium, tam Theologorum, quam 11
Iuriſprudentium, poſſe per legem humanam, obſervatio-
nem præceptorum judicialium induci, quatenus ad bo-
num regimem expedire videantur, cap. 1. de adulter. ubi
præceptum coërcens virginis puellæ ſtupratorem, quod
extat Exod. cap. 22. ſuſcitatur. Sed nullam majorem vim
obtinebunt, quam eis potuerit dare novus Legiſlator, Ar-
riaga num. 28. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 1. diſp. 6. num. 3.
Guttier. d. cap. 21 à num. 18. Barboſ. num. 4. Imola in l. teſta-
menti 3. ff. de teſtament. Oceda de incompatibil. beneficior.
par. 1. cap. 23. num. 92. Decian. conſ. 11. num. 3. vol. 4. Paz. in
proœm. leg. Taur. numer. 100.

Ibi: His etenim verbis D. Thomas ſenſit.

Poteſt Eccleſia, ſcandalo ceſſante, diverſoque fine uti 12
illis, quæ Hebræi in ſuis cæremoniis ex præcepto adhi-
bebant, nec ideò rectè dicitur, præcepta cæremonialia
uſurpare, ſed rebus materialibus uti, in quantùm ratione
naturali ad cultum Divinum conveniunt; Arriag. dict.
diſp. 10. num. 25. verſ. Quod vero, Suarez dict. cap. 11. numer. 1.
in fine. Becan. in analog. veter. & nov. teſtam. cap. 7. quæſt.
3. numer. 17. Guttier. numer. 20. Brun. de cæremon. lib. 4. cap.
8. Stephan. Duran. de ritib. Eccleſ. lib. 1. cap. 2. cum ſeqq. Bar.
num. 6.

Præcepta veteris Legis ceſſarunt poſt ſufficientem 13
legis Gratiæ promulgationem, quæ facta eſt die Pentecoſ-
tes, quo lex Moſaica expiravit, ſecundum Suarez cap. 13. per
totum, Arriag. diſput. 7. quæſt. 4. num. 57. cum ſeqq. Maldonat.
in cap. 5. Matthæi, verſ. 18. & alios; etſi opinio communis
extet, quæ cum D. Thom. ſenſit, Legem illam ſimul cum
Chriſto expiraſſe, adverſarii verò, tunc duntaxat vulnus
lethale accepiſſe, ducunt. At ejus obligatio non eodem 14
tempore, ubiquè gentium extincta eſt; ſed ſucceſſive, prout
lex Evangelica promulgabatur; ſimiliterque mortifera fa-
cta eſt, quatenus innoteſcebat; abrogatam eſſe, in ſuuſque
uſum interdici, Suar. dict. cap. 19. num. 7. cum ſeq. Lex Gra- 15
tiæ perfectè, ac ſufficienter quoad univerſum Orbem pro-
mulgata fuiſſe cenſetur anno quadrageſimo à morte Chri-
ſti, tempore excidii Ieruſalem per Veſpaſianum, ut cum
communi tradit Barboſ. num. 9.

Verſ. Non obſtat his

Sic huic objectioni ſatisfacit Suar. dict. tract. 2. lib. 2. de
ſacror. dier. obſervat. cap. 6. numer. 14. & faciunt proximè
tradita ex Arriaga, Becano, & aliis,

Ibi: Quintò, & in hac re ne Iudaiſmum ſequamur.

His primus Hebræorum menſis dicebatur Niſan, qui 16
Martio correſpondet; fuit autem illis, & alter primus men-
ſis, Septembris ſcilicèt antequam ſolemnitas Paſchæ inſti-
tueretur: imò etiam poſtea ſecundùm aliquos, quoad ne-
gotia, & actiones politicas primus habebatur; Maldo-
nat. in cap. 26. Matthæi, verſ. In ſecunda quæſtione, Suarez
ubi proximè.

Ibi: Deinde ex hiſtoria Evangelica deducitur.

Qua die, Chriſtus, & Iudæi celebraverint Paſcha, anno 17
quo ipſe paſſus eſt, tracta latè Maldonat. dict. verſ. In
ſecunda quæſtione, cum ſeq. & in fin. cum Paulo Burgenſi te-
net, Chriſtum legitimo tempore juxta Legem Paſcha ce-
lebraſſe, Iudæos ſecundum traditionem: nam poſt exilium
Babylonicum apud ipſos fuit obſervatum, ut quoties Paſ-
cha in feriam ſextam incideret, transferretur in Sabba-
tum, quoniam grave erat, duos dies feſtos continuò ob-
ſervare, quibus non licebat mortuos ſepelirè, neque alia
opera, etiam pia facere, quod contigit eo anno, quo
Chriſtus paſſus eſt, qui mortuus eſt ipſo die, quo ex Le-

 gis